



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. VIII. Demonstratur ulterius, quod Ecclesiastici fugere debeant omne frequens cum mulieribus, licet piis ac sanctis, commercium, ob periculum, quod illi est annexum

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Caput Octavum.

*Demonstratur ulterius, quod Ecclesiastici
fugere debeant omne frequens, cum
mulieribus, licet piis ac sanctis,
commercium, ob periculum,
quod illi est annexum.*

NON obstantibus iis, quæ capite
dente de materia hac tractavimus,
illa sit importantissima, summique mo-
ti, ac à Sanctis Patribus gravissimè in-
ta, haud abs re erit, si pluribus adhuc
fente capite de eadem agamus. Ob
S. Augustinus unum è præcipuis mediis
bus astutissimus infernalis serpens, ad
cipitandum in cœnosum luxuriæ ha-
clericum quempiam, uritur, esse, ut
persuadeat apud virtuosas ac spirituales
minas, nullum esse periculum: *Nec
fœmina fugienda sunt, quæ Religiosa videtur
quia quanto Religiosiores, tanto citius ab-
Et sub prætextu pietatis, latet visceri-
dinis.* Et S. Thomas attestatur, quod
res decepti falsa illa suppositione, in
prolapsi sint crimina (loquitur autem in
sona Divi Augustini) valde conspicua

clesiæ prælati, & tales quidem, ut de illorum lapsu non minus videretur esse periculum, quam de lapsu, aut Sancti Hieronymi, aut S. Ambrosii *opus. de modo Confit. & purit. Conf. art. 22. Credemihî Episcopus ego sum, in Christo loquor, non mentior, Cedros Libani, id est, contemplationis altissima homines, & Egregium arietes, id est magnos Prælatos Ecclesiæ, sub hac specie corruisse reperi, de quorum casu non magis præsumebam, quam Hieronymi, & Ambrosii.*

Prætextus illi pietatis, ac vitæ sanctitatis, inaurationes sunt, quibus Dæmon suum cooperit venenum, colores apparentes sunt, quibus abscondit horrorem, ac deformitatem vitii: *Malum occultum bono colore depictum, domesticum periculum, delectabile deliramentum*, dicit in hac materia S. Bonaventura, *de modo confit. cap. 4* idemque est, ac si insinuare velle; Periculum magnum est, & quidem tale, ut majus esse non possit; sed quia domesticum difficulter subterfugitur; damnum inde emergens, est incomparabile, sed quia singulari modo, illo oblectatur sensus omnibus inditus, ita mentem rationemque fascinat, ac obfuscat, ut gravitatem illius nequeat discernere. Ignis ille talis est, cujus nemo non sentit calorem, nosque

V. A. S. I.

V. A. S. I.

V. A. S. I.

præ reliquis aliis illius ardorem experiri
 idque eo amplius, ac periculosius, dum
 pertus latet sub cineribus Religioſitatis,
 per vitæ probitatem creditur extinctus;
 riſſimè hoc dicit *lib. 2. cap. 30. n. 44.* Tho-
 Cantipratensis, ſummæ experientiæ Epil-
 pus: *Exitibilis dolus eſt, quod quidam
 gis tentantur de his perſonis, quæ ſpeciem ſan-
 tatis in habitu, & religione præcendunt, quæ
 de his, quæ ſæculo ſederunt; & mulieres
 liter, quæ nunquam de viris ſæcularibus
 tabantur, eas Diabolus, & mens per
 in ſanctos, & religioſos, & viros Eccleſiaſti-
 ſtimulant; ſervitque propoſito huic quæ
 Plinii erudita obſervatio, de animali
 mè immundo: *Sus, quando luxuria
 agitur, in virum irruit candida maxime
 ſte indutum: Quid mirum ergo, ſi
 ſpiritus fornicationis majori impetu in
 candide veſtitos lino, qualis eſt habitus
 cleſiaſticorum?**

Pervadit etiam ignis ille ſylvas, ac
 mos, penetrat calore ſuo tuguria ac
 luncas Eremitarum, qui per continuas
 ſtinentias ac auſteritates, extinxiffe vide-
 tur omnem libidinis fomitem, ac
 raſſe omnem carnis ſenſumque volup-
 tem, ac illecebras, expellit illos ſuis ex-

tris ac spelæis, cogit deserere suas cellulas, in quibus meliorem annorum vigorem arcta in pœnitentia consumpserant, jamque senes, effecti ac decrepiti, in prædam cedunt libidinis, abeunt, vagantur, discurrentque amentium instar per solitudines, agitati, non spiritu Dei, sed immundissimo fornicationis: O, quot (lamentatur ruinas illas B. Laurentius Justinianus *de spir. anima. inter.*) post laudabilem conversationem, frequentes orationes, durissimam Eremiti habitationem, cibi potusque parcitatem, ducti spiritu fornicationis, cœnobîa, ac deserta reliquerunt?

Sitantum prævaleat ater spurcusque spiritus ille, etiam contra illos, qui horrida inhabitant antra, armati cilitiis, instantes orationibus, extenuati jejuniis ac vigiliis, mortificati disciplinis ac flagellis, semoti, ac elongati ab omni malo incentivo, quanto majorem vim habebit, quanto fortiores exeret impetum in Clericos illos, qui vivunt in plenis suis commoditatibus, deliciis, otio, recreationibus, conviviiis, in medio populosa urbis, scrupulum facientes, si comœdias accedant prophanas, festivas, ludicras, saltationes ac tripudia frequentant, ac in quibusvis dissolutis sæcularium recreationibus reperiuntur? *Si hæc in viridi, quid in arido?*

U. M. S.

U. M. S.
cl. M. S.

U. M. S.

Si materiam inveniat tam bene dispositam, quam facile accendet ignem illum, de quo veritate dici potest: *Iob. 31. v. 12. Ignis est que ad consumptionem devorans, & omnia dicans genimina.* Sive una solum illius ignis scintilla, subintret cor aliquod aliàs bene disciplinatum, ac dispositum, illa sufficit ac destruendum, ac perditionem totum id, quidquid per plurium annorum arduos labores acquisitum est boni, virtutis ac meriti. Si halitus unicus, unicus contageat sufficiat ad aliquem lue inficiendum eadem proportione unum verbum, unus genitum, unicus aspectus sufficit sæpissimè, ut in de aliquo ignem talem accendat, cuius pudica flamma ad extremas illud deducit miserias. Tremendum est, id quod S. Bernardinus de interiori illo periculo, vietque plurimum ad refrenandos, presens sensus alios, sensum auditus, exclamavit: *Cap. 4. s. 10. Cautela adhibenda est tui; nam ex auditu Cedrus Libani intelligebat Sanctus per Cedrum illam micellam aliquam sibi notam, quæ intacta conservaverat virginitatis suæ liliam triginta octo annos, ex unico audito in necto sermone, aut familiari colloquio tam enormiter cecidit, ut si dæmon*

mortalifuiſſet indutus carne, pejus cadere non potuiſſet: *Vidi virginem unam, jam tri- ginta & octo annis in virginitate permansiffe propter Chriſtum, & ex uno verbo dehoneſta audito, corruiffe ita terribiliter, quod ſi Dia- bolus carnem haberet, non taliter corruiffet.*

Vitii hujus enormitas talis, ut ſi ſemel prædominetur, ſi ſemel in ſenſum Principatum obtineat, ita tyrannicè illum regat, urgeat, ac ſtimulet, ut mentem tandem abducatur à Fide: *ubi quis cœperit luxuriari, incipit deviare à Fide, ita duo committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis ſacrilegia.* Eſt ſententia S. Ambroſii, *lib. 4. Ep. 30.* prohdolor! nimis comprobata ac authenticata experienciâ ipſâ. Narrat Joſephus à Coſta de quodam homine celebri in Inſulis Peruanis, qui ob præſumptam vitæ probitatem, habebatur pro Orbis miraculo, ſed audite: *Familiaritate muliercula, qua ſe edoceri ab Angelo magna quadam myſteria jactabat, quæque extra ſe interdum rapiebatur, aut rapi ſmulabat, velut altera olim Philomena, aut Maximilla Montani, ita devictus eſt, ut in omnibus, pro oraculo haberet ſatis ſordidam.* Quam peſtilens eſt vitium iſtud, impurus ille carnis pruritus, qui non ſolum ſpectatores ſuos prævaricari fecit, verum etiam in varias

Veneris
elucubratus
M. 11



illos protrudit ac demergit hæreses, tam infensum, tam insidiosum statui Ecclesiæ, ut nisi eidem fortiter ac efficaciter objecissent Reges, Papæ, ipseque bis Redemptor, jam dudum è Clero tu abolitus, proscrip-tus fuisset, tam infensus ac ingratus pluribus, cœlibatus. Si historias Ecclesiasticas pervoluere velim, reperiemus paucos fuisse hæreticos, qui ducti non fuerint ad apostasiam, turpem ab Ecclesia secessum, quam ob effra-gentemque carnis licentiam. Hinc quædam in Concilio infame libidinis vitium pellatur sœda putridaque contagio, quam Ecclesia, non absque summo suo dolore, plurimos filiorum suorum deperit. *Conc. Lond. An. 1237. c. 16. Putridum libidinis turpitudinis contagium, quo decor Ecclesiæ graviter maculatur.* Ideo S. Carolus, Prælati vigilantissimus, ut à Clero suo averteret periculum, quod è mulierum commercio ac contubernio possit oriri, decrevit, ne ullus Ecclesiasticorum, absque speciali sua licentia ausus esset cohabitare cum fœminæ, quantumvis stricto aut vicinioris gentelæ, aut consanguinitatis vinculo nexæ. *Act. Eccl. Mediol. pag. 413. Ne secum mi fœminas, etiam arctissimo consanguinitatis*

affinitatisve vinculo conjunctas, aut cibos paran-
 di, aut alia officia domestica preparandi causa,
 aliave causa specie, etiã si non pernoctaverint,
 nullus Ecclesiastici Ordinis homo, sine scripta
 nostra facultate, à nemine permittatur, nisi à
 nobis: Sciebat enim Diabolus optimum esse
 Philosophum qui opportuno tempore novit
 præscindere objective, ac distinguere inter
 matrem, & fœminam, inter sororem aut ne-
 pté, ac mulierem; Qua propter inter alia salu-
 berrima consilia, quæ S. Hieronymus dedit
 Nepotiano, etiam hoc unum fuit, ne fideret
 præteritæ suæ constantiæ, in conservando
 puritatem ac castitatem suã; siquidem David
 & Salomon, quorum ille erat sanctissimus, hic
 sapientissimus, miserè periclitati sunt; ideoq;
 caveret solus cum sola agere persona alterius
 sexus: *Ne in præterita castitate confidas, neq;
 enim Davide es sanctior, neq; Salomone poteris es-
 se sapientior, memento semper, quod Paradisi co-
 lonũ de possessione sua mulier ejecit, solus cum so-
 la absq; arbitris & teste non sedeas, id que sumã
 cum ratione, siquidem S. Bernardus, homo
 tantæ experienciæ, liberè edicit, quod minus
 miraculum æstimet, aliquem de morte revo-
 care ad vitam, quam quempiam secreto agere
 cum fœmina absq; peccato. Cum fœmina sem-
 per esse & fœminã non cognoscere, hoc ego majus
 puto esse, quã mortuos suscitare. serm. 63, in cont.*

Veris

claustrales

...



Optime cognoscebant Sancti illi periculum
 evidens, ideoq; in agendo, aut tractando
 mulieribus, summa utebantur circumspectione
 ut ne quidem oculos suos in illarum vultu
 aspectum figerent, aut elevarent. S. Philippus
 Neri non minus privilegiatus, quam S. Thomas
 Aquinas in non sentiendo carnis stimulum
 aut rebellionem, nihilominus cum illa
 triginta annos confessa fuisset quaedam
 formae Domicella Romana, nunquam facie
 illius aspexit. Sanctus Cardinalis Petrus
 Damianus, Ordinis sancti Benedicti Religiosus
 dum quadam vice requireretur ad catechizandum
 quendam Marchionis Rainerii domum
 cellam, libere id facere recusavit aliter quae
 calamo, & scripto, haecq; ipse erat excusatio
Lib. 7. Ep. 18. In veneratorum formidamus
Etiam, idq; est amplius, magisq; appropinquare
 Christo, summo Sacerdoti, qui sicut in omnibus
 bus eluxit virtutibus, ita singulariter excellens
 in castitate. Dum deberet tractare cum
 tera, stabat vultu inclinato versus terram
 dumq; solus cum illa esset relictus, subito
 iam dimisit absq; ulla ulteriori commissa
 aut singulari spirituali instructione, procul
 litus erat facere aliis, satius iudicans nobis
 linquere bonum illud exemplum, quam illud
 diutius apud se detinere, ac solum solum
 rechizare.

Statim post suam resurrectionem apparuit
 Magdalena, anxie ipsum investiganti, ast in
 habitu incognito, ac specie hortulani, dum-
 que se eidem manifestat, confestim dicit, *No-
 lime tangere, nondum enim ascendi ad Patrem
 meum, admonens* (dicit facer quidam inter-
 pres Paul. de Palat.) *quam sint parum tuta
 privata colloquia virorum cum foeminis.* Dum
 vitæ vellet restituere Archisynagogi filiam,
 Matth. 4. v. 23. expressè mandavit, ut defunctæ
 parentes sibi assisterent, *ut instrueret ministros
 Ecclesie* (est observatio doctissimi Salmero-
 nis Tom. 6. Tr. 16.) *ne ad foeminas, presertim
 adolescentes intrent, nisi adsint earum propin-
 qui.* Nec cuiquam videatur superflua illa à
 Christo adhibita cautela, licet enim illa foret
 mortua, ac proinde cessare videretur omnis
 periculi ratio, attamen ex facto aliquo, quod
 contigit in Hispania, in Regno Legionensi,
 docemur, sanctos ipsos non videri affici, quod
 ad cineres suos, pro nocturnis vigiliis cele-
 brandis, accedant foemina, licet illi plane in-
 capaces sint impuri alicujus ignis. Palatium
 Regale, in quo habitabat Regina Sanctia, vir-
 go devotissima, adhærebat Ecclesie sancti
 Isidori, dumq; illa quadam nocte per fenestrâ
 aliquam preces suas sunderet ad corpus illius
 Sancti, apparuit is ipsi, ac dixit: *Baeza lib. 6. c. 21.*

V. C. C. S. I.

V. C. C. S. I.

V. C. C. S. I.



in *Eang.* *Quamvis virginitatis voto te Deo
craveris, & ego Deo devotas semper dilexeris
fœminas, tamen nunquam acceptam habueris
rum mecum diutarnam residentiã. Ex quo
cere possimus, quales, quanti; fuerint
cti castitatis corporum suorum Zelatores
solū dum viverent, verū etiam dum sunt
tui, in eodē rigore custodientes suos cives*

Caput Nonum.

*Varia adferuntur remedia pro conser-
vanda Castitate, ac continentia.*

Vidimus præcedentibus capitibus, non
lum quam sit necessaria Ecclesiasticis
stias, verum etiã quam difficulter eadem
varias multiplicesq; occasiones, custodi
restat ergo, ad custodiam illam facilitandam
ac alleviandam, ut cogitemus de medijs
à Sanctis suggeruntur, & quorum ipsi
metipsis sumferunt experientiam.

Primum remedium, illudq; potentissimum
est, frequenter debita cum animi præparati-
one accedere, ad sacrosanctam Eucharistiam
nunquã enim, nec facilius, nec efficacius
gabitur, aut extinguetur in nobis immundus
carnis pruritus, quam si omni die proprijs
stris manibus nos cibemus carne purissimã
imaculati illius Agni, ac pretiosissimum